

194 *Lib. III. Titulus VII.*
Sacrum peragendum, & ad Capellæ hujusmodi cultum necessaria sunt, ullatenus tribuantur.

De Institutione & jure Patronatus.
§. II.
Census Ecclesiastici ubi collocandi.

Guadix titul. 3. consil. 34. & Gran. de instit. & jure Patron. n. 4. & 5.

Nullus Capellæ Patronus, aut alicujus communitatis membrum, cui competat jus patronatus, nec Persona aliqua cum eo intra tertium gradum conjuncta, nec Capellani, aut æconomi Capellani hujusmodi pecunias in Emphyteusim accipiant, aut prædia, & bona locabunt, quæ ad dotem Capellarum ex institutione pertineant. Si vero secus fiat, contractus nulli sint, & irriti, prout Decreto hujusmodi nulli decernuntur, & irritantur; qui vero in hujusmodi contractibus intervenerint, in pondo viginti condemnentur, pijs operibus Episcopi arbitrati applicandis. Præcipitur etiam, ut census super bonis liberis, & magni valoris imponantur, eisque Personis dentur, de quibus maxima securitas sit, ea in omnibus observando, quæ per constitutionem felicis recordationis Pij Papæ V. de hoc statuta sunt, ut Capellæ perpetuo consistant.

Granat. de instit. & jure Patron. n. 4.

§. III.
Beneficiorum Patroni proventuum perceptioni ne se ingerant.

Sess. 25. cap. 9. de reformat.

Præterea ad præscriptum Concilij Tridentini mandata hæc Synodus, ne ullus beneficij Patronus, cujuscumque conditionis (etiãsi universitas sit, aut Collegium Clericorum, aut Secularium) nullatenus se intromittat, in perceptionem fructuum, proventuum, & obventionum beneficiorum, etiãsi re ipsa

Guadix titul. 3. consil. 34. & Granat. tit. de rebus Ecclesiæ conferendis n. 13.

ad patronatum pertineant, ex institutione, aut fundatione, sed fructus, proventus, & obventiones hujusmodi Rectori, aut Beneficiato libere relinquat, nec patronatum per venditionem, aut alium titulum a jure prohibitum transferre audeat, sub pœna Excommunicationis, & Interdicti respective, & præterea ipso jure inhabilis sit ad jus patronatus.

§. IV.

Beneficiorum capitalia quam primum imponantur.

Idem statuitur, ac præcipitur, ut si qui obtinentes pecuniam, aut bona, quæ ad Capellas pertinent, in Emphyteusim non dederint, locaverint, & de eis in utilitatem Capellarum non disposuerint, post hujus Decreti publicationem intra triginta dies, pecunias, & bona hujusmodi, alicui probatæ Personæ ad beneplacitum Ordinarij, & Capellanorum in depositum dent cum redditibus, qui ob eorum negligentiam eo tempore cessarunt, eo quod de bonis, & pecunijs hujusmodi in utilitatem Capellarum minime disposuerunt, sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ.

Granat. de instit. & jure Patron. n. 4.

§. V.

Onera Capellaniarum adimpleantur.

Quia vero justum est, ut pia voluntas, & dispositio eorum, qui Capellas fundavere, inviolabiliter observetur, præcipitur Capellanis quatenus Missas, Anniversaria, & Festa, quæ hoc tempore dotata sunt, vel imposterum in hoc Archiepiscopatu, & Provincia dotabuntur, loco, diebus, & temporibus,

FF

tutionis felicitatis recordationis Pij Papæ V. statuit hæc Synodus, ac juber, ne sepulcro ullius Personæ cuiuscumque status illa sit, * Cenotaphium imponatur, nisi in diebus depositionis, Exequiarum, & Anniversarij: sepulchra lapidea, & lignea, in Ecclesijs ne erigantur, quæ earum pavimenta superemineant, quod si fecus fiat, seculares id committentes ab Episcopo pro modo culpæ punientur; Minister vero Ecclesiasticus consentiens, pondo decem multetur ad usum fabricæ hujus Ecclesiæ, & ceræ, quæ Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento deservit. Sacellis itidem, Templorum parietibus panni lugubres ne pendeant, nisi Persona Regia defuncta sit. In Funeralibus autem Exequijs, & Anniversario plures quam duodecim faeces, aut cerei sepulchris ne incendantur, quod si plures sint, ad usum luminum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento applicentur.

§. VII.

Circa cadaverum translationes aliqua decernuntur.

Quando defuncti corpus ab aliqua Ecclesia, ubi erat in deposito, removetur, e sepulchro antea deferatur, quam pro ejus juribus pondo duodecim in elæmosinam erogentur, quorum novem Beneficiatis, tres vero fabricæ illius Ecclesiæ tribuantur. Si vero proprietatis jure sepultum corpus in Ecclesia aliqua sit, in aliam nullatenus transferatur, nisi de Episcopi, ejusve Officialis, aut Visitatoris Generalis, expressa facultate in scriptis. Qua obtenta hæredes viginti quatuor pondo in elæmosinam confertant, quorum decem, & octo Beneficiatis, sex vero

*Estrado, & tari-
ma.*

*Mexic. 1. c. 24.
Gran. tit. de sepul-
t. n. 15. Mi-
lan. 1. 2. p. tit.
de sepulchris, &
Milan. 4. tit. de
sepulchris.*

*Ne ultra fa-
ces duodecim in
Exequijs incen-
dantur.*

*Lex Reg. 2. tit.
5. lib. 5. recopil.*

*Gran. tit. de sep.
n. 11. & 12.*

fabricæ Ecclesiæ, a qua corpus transfertur, applicentur. His vero juribus, funeralia jura non intelliguntur comprehensa, quæ alias ex dispositione testatoris Beneficiatis provenire possunt.

§. VIII.

Pro Episcopo defuncto a singulis Sacerdotibus Missa celebratur.

Quia vero rationi maxime consonum est, ut subditi Superiores amore prosequantur, præcipit hæc Synodus, ut defuncto aliquo Episcopo, omnes illius Diœcesis Sacerdotes, intra quatuor dies a die notitiæ pro eo Missam unam de defuncto Episcopo celebrare teneantur, intra octo vero in singulis Ecclesijs Episcopatus Missa una sollemnis celebratur cum Responsorio, idque sine pompa, & sine Ecclesiarum sumptibus fiat.

*Gran. tit. de ce-
lebratione Missæ
sar. n. 32.*

*Milan. 1. tit. 2.
de sepulchris.*

TITULUS XI.

De Parochijs.

§. I.

Nullus in aliena Parochia Sacramenta ministrare præsumat.

Ut inter Parochos, & Ecclesiarum Ministros nulla sit causa discordiæ, statuit hæc Synodus, & præcipit, ne ullus Sacerdos Secularis, aut Regularis Sacramenta ministrare audeat in his oppidis, quæ alterius jurisdictioni subsunt, sine Episcopi consensu, aut Parochi proprii ejus regionis. Permittitur tamen, ut si iter agentes per aliquod

*Mexic. 1. c. 62.
cum §. 2. Late,
& pie de hoc tit.
loquitur Concil.
Milan. 4. n. 2.
tit. de Paroch.*

fraudis, & usurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem poenis subjaceat, necnon quibuscumque beneficijs privatus sit, & ad quaecumque alia beneficia inhabilis efficiatur, & a suorum ordinum executione etiam post integram satisfactionem, & absolutionem sui Ordinarij arbitrio suspendatur. Declarat etiam haec Synodus, ut in oppidis Indorum, ubi aliqua elemosina ad aedificium, fabricam, aut ornamenta Ecclesiae erogata sit, eamque Beneficiatus, aut alia quavis Persona Ecclesiastica, sive Secularis cujuscumque qualitatis, & conditionis, in proprios usus converterit, eum eisdem poenis incurrere, & ad integram restitutionem teneri. Personis vero huiusmodi praecipitur, ne deinceps talia committant sub dictis poenis; hujus denique executio Decreti vehementer Episcoporum Curae commendatur.

§. II.

Licentia Episcopi requiritur ad sumptus quoslibet faciendos de bonis Ecclesiasticis.

Nullum Capitulum, Confraternitas, aut Communitas, Beneficiatus, aut Oeconomus ratione aedificandi in Ecclesijs, vel Heremitorijs quidquam, sumptus faciant Ecclesiarum, vel Heremitoriorum impensis, nec Capellas in sepulcrum dent, nec res Ecclesiae alienare possint, sine expresso Episcopi consensu: quod si secus fecerint, contractus de hac re facti nulli sint, & invalidi: sumptus quoque eadem de causa impensis in computum ne admittantur, nec possint in usum Cathedralium, seu Parochialium Imagines, Ornamenta, aliave emere, quae

va.

Quid circa Indorum Ecclesias?

Ex jure communi in cap. in Canonibus 16. g. 1. & in cap. cum nobis in fine, de electione, & in capit. is cui eodem tit. in 6. & in cap. 2. de donatione. Mex. 1. cap. 25. §. unico, & Mexic. 2. cap. 21. & Guadix titul. 3. constitut. 37. &

valorem viginti pondo excedant, nec ad haec emenda, seu eorum pretium solvendum, Indos compellant, nisi de Episcopi licentia, sub poena restituendi ex bonis proprijs sumptus, quos hac de causa fecerint. Conceditur tamen facultas ea emendi, quae ad quotidianum, & ordinarium Ecclesiarum usum necessaria sunt, etiamsi viginti pondo pretium superent. Idem vero haec Synodus praecipit a Curatis regularibus hujus Archiepiscopatus, & Provinciae seruari, & adimpleri. In vilitationibus autem circa hoc commissos excessus corrigendi intenta sit sollicitudo.

§. III.

Ecclesiae Cathedralis ornamenta ne commoventur.

Nullus Praebendatus, Beneficiatusve, aut Minister Ecclesiae Cathedralis accipiat, commoder, aut ab Ecclesia exportet ornamenta, argentum, aliaue Ecclesiae cultui addicta, sine Episcopi permisso, sub poena arbitrio Episcopi infligenda.

§. IV.

De Archivio, seu tabulario Episcopali.

Episcopis in bonis Ecclesiae tuendis, & conseruandis maxima debet esse sollicitudo; esset enim quaelibet in hac re admitta negligentia vitio vertenda; quia vero jura Ecclesiarum huiusmodi in scripturis, & titulis de eis extantibus, continentur, haec Synodus statuit, ac praecipit, ut in qualibet Diocesi Archivium unum Episcopale institutur, in quo Brevia omnia, privilegia Summi Pontificis, schedae quoque, & provisiones Regiae Majestatis, omnesque

Ggg

alia

Omni. tit. de sepulturis n. 3. & Synod. de Quir. const. 62.

Gran. tit. de rebus Ecclesia n. 4.

Conc. Milan. 1. p. 2. tit. que pertinent ad honorem, & jurium Ecclesiarum. conseruationem. Et Tolet. ad 3. c. 1. & Compest. ad 3. c. 13. & Gran. tit. de Beneficiis a n. 2. usque ad 8. & tit. de rebus Ecclesiam.

1. & 5. & Syn.
de Quir. constit.
61. & Provinc.
ejusdem Quirrog.
ad. 2. Decret. 7.
& Mediolan. 2.
tit. 3. Decret. 14.

aliæ scripturæ ad dignitatem, & jurisdictionem Episcopalem pertinentes, una cum inventario earum accurate confecto ab Episcopo, aut ejus Vicario Generali, & a Notario subscripto, recondantur. Neque ab Archivio hujusmodi scriptura aliqua desumatur, nisi ob causam ad utilitatem Episcopi, & Ecclesiæ necessariam, relicto testimonio, cum subscriptione ejus, qui scripturam accipit, cum die, mense, anno, & causa, ob quam scriptura hujusmodi ex Archivio deprompta est.

§. V.
Cura habenda circa Archivium.

QUO vero tutius hoc Archivium custodiat, in aliquo Monasterio Civitatis, ubi sedes Cathedralis residet, aut in alio ejusdem Diocesis (prout Episcopo videbitur) collocetur, & clavibus ocludatur, quæ penes Episcopum sint. Sede vero Episcopali vacante, Vicarius Generalis unam ex clavibus Archivij Capitulo Cathedralis Ecclesiæ tradat, aut Personæ a Capitulo deputatæ, alteram vero Superiori Monasterij hujusmodi, a quibus juramentum petat, quatenus fideliter claves hujusmodi asservabunt, nec eas Personæ alicui tradent, nec scripturam aliquam inde efferi consentient, sine licentia Metropolitanæ, aut alterius Superioris, a quo possint compelli. Quando vero Episcopus eligeretur, ei claves tradant, & rationem reddant scripturarum, quas inde sumpserunt, & penes quem illæ sint, eidem annuntient.

§. VI.

§. VI.

In obitu Episcopi quid agendum de processibus, qui apud ipsum extant.

QUANDO vero Episcopus obierit, Vicarius Generalis penes se accipiat processus omnes, & libellos Cameræ, quos Episcopus in scriinijs suis reconditos habebat, eosque in dicto Archivio reponat, cui Generali Vicario hæc Synodus ad id facultatem tribuit, & sub pœna Excommunicationis majoris latæ sententiæ mandat, ne quisquam cuiuscumque qualitatis, quominus hoc exequatur, ei impedimento sit, si vero Capitulum fuerit, aut communitas, Ecclesiastico subiaceat Interdicto.

§. VII.

De Archivio Cathedralis Ecclesiæ.

IN Capitulo etiam cuiuscumque Ecclesiæ Cathedralis Archivium unum sit, in quo asserventur, & in unum redigantur scripturæ omnes publicæ, ad Episcopum, Capitulum, Fabricam, & Hospitales domos pertinentes, cum erectionibus, statutis, & reliquis instrumentis ad hoc spectantibus; in eodem etiam Archivio liber unus sit, in quo Capellæ, & fundationes earum, juraque, & prædia ad Ecclesiarum fabricas, & domorum Hospitalium totius Diocesis usum pertinentia descripta sint. Hoc vero Archivium tribus clavibus ocludatur, quarum una penes Episcopum sit, altera penes Decanum, aut Decano absente, penes antiquiorem Dignitatem, tertia vero penes Canonicum ab Episcopo deputatum.

Ggg 2

§. VIII.

Conc. Tolos. ad.
3. c. 1. & Com-
post. ad. 3. c. 13.

Tol. & Compost.
ubi supr. §. 6.

§. VIII.

In unaquaque Ecclesia Parochiali liber desinetur juri-
bus, censibus, & alijs bonis annotandis.

Mex. 1. cap. 17.

ha. tit. 1. cap. 17.
meo 3. 1. 1. 8.
- 2. 1. 2. 1. 1. 8.

In unaquaque etiam Parochiali Ecclesia liber unus sit, in quo annotentur jura omnia, prædia, hæreditates, & census ad fabricam Ecclesiæ hujusmodi pertinentia, bona quoque quibus Capellæ Festa, & Commemorationes dotantur, quidque in id præstandum sit, exprimat, scripturæ etiam, & Institutiones Capellarum. Præterea in singulis Parochijs Tabella una in loco publico collocetur, in qua Missæ, Festa, Anniversaria in Ecclesia hujusmodi celebranda describantur: Hæcque Tabella ab Officialibus, seu Visitatoribus, & a Notario subscripta sit; quando vero Parochi Festa colenda Populo annuntiaverint, ei quoque Festum, aut Anniversarium, ea hebdomada celebrandum notum facient. Id vero omne, quod hoc Decreto continetur, hæc Synodus vehementer commendat Episcopis, ut adimpleant, & quam primum exequantur, cum ex eo non mediocriter pendeant Ecclesiarum, dignitatis Episcopalis, juriumque, & prædiorum conservatio, difficultatumque, & litium remedium, quæ si hoc negligenter fieret, pullularent.

Mex. 1. cap. 17.

§. 1. Guadix tit. 3. conf. 29. & Gran. tit. de Beneficiis n. 19. & tit. de sepulchris n. 16. & Prov. de Quir. tit. 3. c. 5.

TITULUS IX.

De Testamentis, & ultimis voluntatibus.

§. I.

Episcoporum Cura circa ultimas voluntates.

Conc. Trid. Sess. 22. cap. 8. de reformat.

PIETATE christiana adstringimur, rebus defunctorum prospicere, qui de fidelitate vivorum

JIV 2

con-

confisi, quod ipsi pie, & juste disposuerunt, vivis adimplendum reliquere. Quæ Cura Episcopis potissimum incumbit, tanquam pauperum patribus, & strenuis piorum operum executoribus. Hac igitur de re, decernit hæc Synodus, ut, cum quis, condito testamento, ex hac vita migraverit, antequam Crux efferratur ad corpus defuncti humandum, executores testamentarij testamentum coram Parochis exhibeant, aut saltem eas clausulas authenticas, & fidem facientes, quibus de sepulturæ loco, de Missis, & legatis pijs relictis testator disposuit. Quæ omnia Parochi, & Beneficiarij in libro, quem ad effectum hujusmodi habere debent, annotent, curentque diligenter de plena eorum executione, quod si intra fatalem annum, hæc adimpleta non fuerint, Episcopo, aut ejus Officiali, seu Visitatori, id notum faciant.

§. II.

Executorum testamentorum officium.

EXecutores itidem testamentarij conscientia suæ satisfacientes, a testatoribus disposita, quam primum poterunt, exequantur. Quod si id non effecerint intra terminum, quo de jure, & expressa testatoris voluntate tenentur, per censuras, & alia juris remedia, a Judicibus Ecclesiasticis compellantur, ut cum effectu testamenta hujusmodi exhibeant, & de his, quæ adimpleta sunt, quæque nondum sunt executioni mandata, rationem reddant; si vero propter retardationem, culpabiles sint, puniantur, hæredesque, & depositarij bonorum cõerceantur, ut quam primum totum id tribuant, quod ad executionem testamenti necessarium est.

Hhh

§. III.

Mexic. 1. c. 16. 17. & Græmot. tit. de testam. num. 1.

Quid faciendum circa testamenta?

Granat. tit. de testam. n. 1.

Fundatur Paragraphus iste cum seq. in S. Concil. Trid. Sess. 25. in Decreto de Purgatorio, verb. currunt autem Episcopi.

Vide Cap. 8. l. 1. 22. Trid.

Executores testamentorum intra fatalem annum ne absint, nisi cautione praesita.

Facit Coad. tit. 3. cons. 30.

Quoniam vero executores testamentorum aliqui, dolo malo, ab Episcopatu absunt, antequam fatalis annus compleatur, eamque ob causam, tempore a jure statuto, ab eis ratio peti non potest, sicque diu retardatur, & difertur eorum executio, quae testamentis disposita sunt, propterea haec Synodus interdicit, ne ullus executor hujusmodi a Dioecesi discedat, quin prius testamentum, quod sibi incumbit, executioni mandaverit, aut cautionem dederit, quatenus anno elapso, sine ulla retardatione praesentem se constituat, rationem redditurus, arbitrato Episcoporum ob ejus contumaciam puniturus, si intra octo dies post elapsum annum ad id non compareat. Quo vero hujus decreti executio certior sit, Officialibus, & Judicibus testamentorum praecipitur, quatenus Episcopis annuntient, ut de opportuno remedio provideant, ne defunctorum voluntates frustrentur, & quae ab ipsis disposita sunt, minus adimpleantur.

§. IV.

Sex mensum terminus praefigitur Missis, & alijs pijs legatis exequendis.

Granat. tit. de testamentis n. 2.

Curati omnes, Beneficiati, Capellani, & alij Sacerdotes, quibus incumbit Missas celebrare, aut alia pia legata testamento relicta adimplere id agant, & praesent, intra sex menses post obitum testatoris, si ab eo aliter non sit dispositum, sub poena pondo quatuor in usus piorum operum, necnon eorum

rum impensis, Missae hujusmodi celebrentur, & pia legata adimpleantur, quae ob eorum negligentiam impleta non sunt.

TITULUS X.

De Sepulturis, Defunctis, & Funeralibus.

Missae, & legata pia quanto citius executioni mandentur.

Gran. tit. de sepulturis n. 7.

JUSTUM est, ut Populus Christianus Fideles defunctos pijs Precibus, & Officijs prosequatur. Eam ob causam statuit haec Synodus, ut si condito testamento, quisquam obierit, ea, quae de suis Exequijs, Missis, & pijs legatis, in utilitatem animae testator disposuit, statim, prout in testamento continentur, adimpleantur. Si vero sine testamento ex hac vita discessit, & relicta bona sufficiant, pro defuncto Missa, & Vigilia de depositione defuncti sollempniter celebretur, itidemque in sua Parochia privatarum Missarum novenarium peragatur. Si autem defunctus Persona miserabilis sit, nihilque in bonis reliquerit, gratis sepeliatur. Quod si aliquid in elæmosinam erogatum sit, id non in ejus sepulturam, sed in suffragia pro defuncto conferatur. Quae de causa Curati, & Parochi Cathedralium, & Parochialium Ecclesiarum jubentur, ne elæmosinam hujusmodi in suos proprios usus convertant. Quod si fecerint, ad restitutionem in foro conscientiae teneantur, ac praeterea Episcopi severe eosdem puniant.

Si quis ab infirmitate obeat novae Missae pro ejus anima celebrentur.

§. II.

De pauperum sepultura decernitur.

Granat. tit. de
sepultur. d. n. 7.

AD humandum mortuos (etiam pauperes) unus ex Parochis, & alter ex Beneficiatis, cum primum vocati fuerint, accedant, sub pœna pondo quatuor in elæmofinam Missarum pro animabus in Purgatorio detentis. In unaquaque vero Parochia, vel ex fabricæ redditibus, vel ex elæmofinis erogatis Parochi duos cereos sibi comparent, ad miserabilium Personarum funera, curentque, ut aliqui in comitatu corporis mortui sint, & ut aliquis sepulchrum effodiat.

§. III.

Circa Suffragia pro Indorum animabus quid faciendum.

Quando Indus aliquis testamento relicto migraverit, suffragia, & pia legata ab eo disposita executioni mandentur, si vero hæredem necessarium habuerit, suffragia, & pia legata hujusmodi quintam bonorum partem non excedant, cum jure prohibitum sit in majore quantitate disponere. Si vero absque testamento discesserit, quod est præcedenti Decreto sancitum, fiat, cavetur tamen (quocumque modo, vel cum testamento, vel sine eo Indus moriatur) ne Parochus aliquis Secularis, aut Regularis ex ejus bonis quidquam accipiat, etiam sub prætextu erogandi quintam eorum partem in suffragia pro defuncto. Quod si Curatus Secularis secus fecerit, tantumdem solvat fabricæ Ecclesiæ, quantum ex bonis defuncti abstulit, Regularis vero pro ratione culpæ, ad præscriptum Concilij Tridentini punietur.

*Tx. de jure regio
in leg. 6. & 10.
tit. 4. lib. 5. re-
copit.*

*Limenf. 3. ad. 2.
cap. 29.*

*Seff. 25. c. 11.
de reform.*

§. IV.

de Sepult. defuncti. & Funeral.

§. IV.

Parochi ipsi Indorum tumulationi intersint, & non permittant a solis cantoribus eosdem tumulari.

UT corruptela, quæ in has Indiarum partes grafata est, funditus tollatur, qua Curati Indorum defunctis eorum corporibus humanis non intervenientes, id officij cantoribus relinquebant, præcipit hæc Synodus Curatis omnibus, Secularibus, & Regularibus, ut ipsi per se sepeliendis Indis intersint, & defunctorum Officium celebrent, superpelliceoque induti cum Cruce funeri occurrant loco ab Episcopo deputato; justum enim non est, ut Indi, teneri adhuc in fide, Exequias defunctorum a suis Ministris parvipendi, conspiciant, quod pusillis hujusmodi scandalo esse possit.

§. V.

Mortualia convivio eliminantur.

Convivia, Crapulas, & ebrietates ab Indis, in die depositionis defuncti admitti solitas, diligentitæra Parochi eliminare contendant, eosque moneant, longe ab eo tempore, id alienum esse debere. Si vero moniti non respiciant, a Parochis corrigantur.

*Tx. in cap. nul-
lus 44. d.*

§. VI.

Cenotaphia non erigantur in Ecclesijs.

QUO Sancti Templi, ubi Divina Officia celebrantur decorum servetur, omneque illud removeatur, quod impedimento esse possit assistentibus in Ecclesia, ut minus attente Divina Officia audiant, justisque alijs de causis ad præscriptum constitu-

bus, cum solemnitatibus a fundatore institutis celebrent, quod si aliquod adsit impedimentum legitimum, quominus die statuto Festum non celebretur, id saltem fiat infra octavam Festi.

§. VI.

Quid circa Capellanas, quarum census diminuti sunt?

Gran. de Instit. & jure Patronatus n. 10.

Sess. 25. c. 4. de reform. Provinc. de Quir. ad. 2. cap. 10.

SED quia Capellæ antiquæ in facultatibus, & honoribus fundantur, quæ tenuia cum sint, aut temporis injuria decreverint, eos proventus non reddant, quibus ad Missarum numerum, & alia onera Capellarum opus est; quo fit, ut omnino testatorum voluntas effectum sortiri non possit; ideo Concilij Tridentini autoritate suffulta hæc Synodus, id negotij Episcopis dat, ut, quam primum fieri potuerit, unusquisque in sua Dioecesi de redditibus Capellarum, & de earum oneribus rationem petat, & in Dioecesana Synodo constitutione Synodali declaret, quis redditus pro elæmosina cuique Missæ celebrandæ respondeat. Quod si redditus minime sufficiat, Missas, & alia onera ad minorem numerum reducat. Illud semper animadvertens, ex redditibus hujusmodi partem aliquam in usus fabricæ Parochiæ deputandam, pro ratione vini, ceræ, & Ornamentorum, quibus est Capellis inserviendum.

TITU-

TITULUS VIII.

De rebus Ecclesiæ conservandis, alienandis, vel non.

§. I.

Bona Ecclesiastica non alienentur, & alienantium poenæ.

FUNDI, & bona Ecclesiarum Divino Cultui dicata sunt, ideoque eorum usurpatio grave sacrilegij scelus est. Ne vero quisquam hoc flagitij genus committere audeat, ad præscriptum Concilij Tridentini jubetur, ne quisquam Ecclesiasticus, sive Secularis cujuscumque dignitatis, & gradus per se, seu per interpositum Clericum, aut Secularem, quavis arte, & colore præsumat, neque audeat occupare, usurpare, aut in suos proprios usus convertere bona, jura, census, jurisdictiones, fructus, emolumenta, seu quascumque obventiones aliqujus Ecclesiæ, beneficij, aut pij loci hujusmodi, & in necessitates pauperum converti debent, nec impediatur ab his, ad quos vere pertinent, percipi. Quod si secus fecerit, anathemati tamdiu subjaceat, quamdiu jura, bona, fructus, redditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocumque etiam ex donatione suppositæ Personæ pervenerint, Ecclesiæ, ejusque administratori, seu beneficiato integre restituerit, ac deinde a Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si Patronus ejusdem Ecclesiæ fuerit, etiam jure patronatus, ultra prædictas poenas, eo ipso, privatus existat. Clericus vero, qui nefandæ

Fff 2

frau-

Sess. 22. c. 11. de refor. Gran. de rebus Ecclesiæ confervo. u. 13. Conc. Milan. 4. 3. p. tit. quæ ad pia loca pertinent, verbo quæcumque.

oppidum transire contigerit, a quo proprius Beneficiatus absit, possint Sacerdotes hujusmodi parvulos, & adultos in casu necessitatis baptizare, baptizatorum nomina descripta relinquentes, ut cum proprius Parochus venerit, ea in suum librum transcribat, itidemque confessiones audire poterunt, si ad id fuerint per Ordinarium approbati.

§. II. *Ne regulares Fontes Baptismales habeant, nisi ubi Curam animarum gerunt.*

*Concil. Limense
3. ad. 4. c. 16.*

Mandat hæc Synodus, ut regulares Fontes Baptismales non habeant, nisi in his tantum Ecclesijs, ubi assignata est illis cura animarum, ibique nullos præter Parochiales baptizabunt, nec Matrimonio conjungent, aut eis nuptialem benedictionem porrigent, nisi de Episcopi, aut proprii Parochi licentia. Quod si secus fieret, Matrimonia irrita essent, & nulla, ut est Sacri Concilij Tridentini decreto sancitum.

*Sess. 24. c. 1. de
reform. Matrim.*

§. III. *Mulieres pro purgatione post partum propriam Parochiam adeant.*

*Guad. titul. 2.
conf. 12.*

Quia æquum est, ut unusquisque fidelium propriam Parochiam, ubi Sancta Sacramenta suscipit, recognoscatur, statuitur, & jubetur, ut postquam mulier aliqua pepererit, intra mensem propriam Parochiam adeat, ibique Missam addiat, ac pro beneficio accepto Omnipotenti Deo gratias agat, si vero sine justa causa id amplius differat, Episcopi arbitratu puniatur.

1999 § III TI-

TITULUS XII.

De Decimis, & Primitiis.

§. I. *Decimæ, & Primitiæ Ecclesiæ persolvantur.*

Curatorum, & Ministrorum Ecclesiæ sustentatio ad eos jure divino spectat, in quorum spiritali utilitate Ministri Ecclesiæ sese exercent. Eamque ob causam Sancta Mater Ecclesia Decimas, & Primitias Ecclesiæ dari præcipit, quas Sanctum Concilium Tridentinum integre persolvi jussit, necnon omnes, & singulos Christi fideles hortata est, ut Parochis, & Superioribus, qui tenuioribus præstant Ecclesijs de bonis a Deo sibi collatis pro charitate christiana, debitoque erga suos Pastores munere large subveniant. Ad cujus Concilij præscriptum hæc Synodus statuit, & mandat, ut omnes homines hujus Archiepiscopatus, & Provinciæ (Indis exceptis) ad quos Decimarum, & Primitiarum solutio spectat, eas, quas de jure, vel consuetudine tenentur, integre persolvant sine dolo, & fraude, sive diminutione, sub poenis a jure statutis, & alijs, quæ in brevibus a Sede Apostolica specialiter emanatis continentur. Confessarij vero omnes subditos suos doceant, quid de solutione Decimarum, & Primitiarum Sanctum Concilium decreverit, quantumque ad hoc Decretum implendum astricti sint. Quos autem repperint in hac parte muneri suo non satisfacisse, de gravitate commissæ culpæ admoneant, & de poenis hac de causa incurris, nec eos ab hoc crimine nisi

*Sess. 25. c. 12.
de reform.*

*Et Sess. 21. c. 4.
Mex. 1. c. 90. &
Guadix titul. 7.
conf. 8. & Gran.
tit. de decimis n.
r. & Limense 3.
ad. 4. c. 12.
Exipiuntur In-
di.*

*Defraudantes
decimas non nisi
post restitutionem
absolvantur.*

Kkk

*Mex. c. 26.
3 bay Real Ce-
dula en el Libro,
que dicen de Pu-
ga, fol. 195.*

nisi plena restitutione sequuta, absolvant, cum iustif-
simum sit, ut a quibus spiritualia remedia percipiunt,
temporali stipendio juvare non desinant, Quo ad In-
dos vero id servetur, quod schedis, & executoriali-
bus Regiæ Majestatis dispositum est.

§. II.

*Decimarum, aut Ecclesiasticorum reddituum solutio-
nem impediētes excommunicantur.*

Sess. 25. c. 12.

Concilij Tridentini autoritatem sequuta hæc Syno-
dus, præcipit, ne quisquam, cujuscumque gradus,
& conditionis sit, decimarum, & reddituum Ecclesiasti-
corum solutionem impedire audeat, subtrahere, aut
occupare directe, vel indirecte, per se, aut per in-
terpositam Personam, nec impediat exactionem, lo-
cationem, augmentum, & beneficium decimarum, &
reddituum hujusmodi, sub pena Excommunicatio-
nis latæ sententiæ, & alijs poenis, & Censuris contra
eos a jure, & ab Apostolicis Brevibus statutis, quas
ipso facto incurrant sine alia sententia, tam qui de-
cimas sibi usurpant, aut earum exactionem impe-
diunt, quam qui id jubent, aut ad id consilium, au-
xilium, favoremve præstent; Civitates vero, & op-
pida tamdiu Ecclesiastico interdicto subiaceant, quam-
diu delinquentes hujusmodi retinuerint, aut consen-
serint, sine restitutione ab eis plene facta.

§. III.

Indi ad oblationes faciendas non compellantur.

*Ex Conc. Lim.
3. ad. 2. c. 38.*

At tendens præterea hæc Synodus, ad alia per-
solvenda Ecclesijs, quam ad Decimas, & Pri-
mi-

mitias, fideles non teneri, nisi sponte, & volunta-
rie ea velint erogare, præcipit ne ullus Indorum
Minister eos compellat directe, vel indirecte ad
oblationes in Missis, funeribus, aut alijs Divinis
Officijs, & in Festis titularibus locorum facien-
das, nec occupare possit, exigere, aut petere qual-
cumque exactiones, quas Indi Suchiles, aut Tama-
lalitzli vocant, nec quacumque alia ratione, per se,
vel per Fiscales, aut quos vocant Indi Teopantlacas,
aut alias Personas, sub pena quinquaginta pondo
pro prima vice, & dupli pro secunda, in fabricæ
ejus Ecclesiæ, cujus fuerit Minister, accusatoris, &
piorum operum usus. Ministri tamen hujusmodi ac-
cipere poterunt ab Indis, quod ipsi sponte obtule-
rint, admonentes eos ad id non teneri, nisi ex volun-
taria devotione; quo fiet, ut, & qui Sacramenta mi-
nistrant, ac Doctrinæ Christianæ documenta tra-
dunt, commode sustententur, & eorum subditi nullis
extorsionibus, & vexationibus opprimantur.

*Accipi tamen
possunt qua sua
sponte obtulerint.*

TITULUS XIII.

De Regularibus, & Monialibus.

§. I.

Episcopi Monialium disciplinam, & observantiam curent.

VOTA paupertatis, castitatis, & obedientiæ
adeo in Republica Christiana semper ma-
gni æstimata sunt, ut a tempore Apostolo-
rum ad nostra usque tempora Ecclesia commendave-
rit, prædicaverit, & perpetua traditione statuerit ea,
quæ

*De hoc tit. Conc.
Tolet. ad. 3. cap.
25. & Milan. 1.
p. 3. tit. de Mo-
nialibus cum seq.
& Milan. 4. 3. p.
tit. de Monialib.*